


287



272

285

291

**De loco, ubi fuit domicilium b. Mariae Virginis, in quo
migravit ab hoc saeculo.**

281

Consequenter ab hoc loco non longe venimus ad alium locum maceria altiori circumdata, in quo creditur stetisse b. Virginis Mariae domicilium, ubi vitam domesticam agebat annis XIII. In Alchorano Machometi dicitur, quod tantum V. annis superstes fuit, et in toto annorum LIII. vixit, ut habet Nicol. de Cusa. lib. 2. cap. 15. Aliqui dicunt plus, aliqui minus, post Domini ascensionem. Et in ea diem clausit extremum. Appropinquante enim suaevitiae termino a Johanne, qui advenerat cum caeteris Apostolis, petivit sacramentum extremae unctionis: quamvis nec infirma, nec debilis, nec viribus destituta esset, nec ex senio defectione confecta, et per consequens non teneretur hoc sacramentum (B) suscipere, quia tantum debilium est; tamen huic privilegio immunitatis ab infirmitate resignavit et occultavit, dum ad extremum vitae venit: sicut privilegium virginitatis occultare voluit, dum ad legitimam purificationem accessit. Et decumbens amore ardentissimo, dulcissime languens, hoc sacramentum pro peccatoribus institutum humiliter suscepit: et in eo completae victoriae praeteritae et plenae futurae gloriae significationem vidi: et loco remissionis venialium totius doloris praetermissionem, pro infirmitatis vero alleviatione totius corporis glorificationem. Sacramento autem suscepto animam in manus Dei commendavit, hinc emigrans circumstante glorioso Apostolorum choro et candido CXX virginum coetu, et multarum viduarum, corpusque suum ipsis sepeliendum dereliquit: In hoc ergo sancto loco ad orationem procidimus et hymnos ac laudes praescriptas decantavimus, et indulgentias plenariae remissionis accepimus(††). Hic locus singulariter in magna veneratione habetur ab omnibus Christianis et a multis Sarracenis, nec tamen est ibi aliquod aedificium nisi maceria. Laborant autem modo fratres minores apud Soldanum, ut detur eis licentia aedificandi ibi capellam et erigendi altare; non enim audent quidquam cemento jungere sine licentia regis Soldani, et sunt in spe, quod licentiam sint adepturi. Audivi tamen interim, quod ad plenum cum fratres

296

276

336

236

386

186

Ende

Anfang